

496. 11. 25
18

JUS NATURÆ

OMNIBUS CONGENITUM AC INSITUM

EX S. SCRIPTURA

77 12 11.

APODICTICA RATIONE ET A PRIORI CO-
GNITUM ET DEDUCENDUM.

CONSENSU AMPLISSIMÆ FACUL-
TATIS PHILOSOPHICÆ.

PRÆSIDE

JO. JOACHIM WEIDNERO, D.

DN. PRÆCEPTORE, PATRONO AC FAUCTORE

OMNI HONORIS CULTU & VULTU DEVENERANDO
ANNO MDCCXII. D. XVI. NOVEMBRIS


IN AUDITORIO MAXIMO
HORIS CONSUVETIS

PLACIDÆ SUBJICIT DISQUISITIONI:

JOACH. Kütze

Ludershagia Pomeranus

S. S. Theol. & Philosoph. Studiosus.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.
& ACAD. Typogr.

IMMORTALIS GLORIÆ HEROI
ILLUSTRISSIMO, GENEROSISSIMO AC
VERE EXCELLENTISSIMO
COMITI & DOMINO
DN. MAGNO

Steinbock

COMITI DE WAPNOE ATHLARP ET KIELSTORP
LIBERO BARONI DE KIEDA ATq; KOENDO
DN. DE RÆNAS, MEDEWY ET
UGLENAS & rel. & rel.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
CAROLI XII.
SVEGORUM MONARCHÆ

INVICTISSIMI
MAGNÆ FIDEI VIRO, CONSILIARIO REGIO INTIMO, GENE-
RALI GUBERNATORI SCHANIE, HALLANDIÆ, GOTHEN-
BURGI ET BAHUSIÆ ET CAMPI MARESCHALLO
COMITI ET DOMINO
SVO, GRATIOSISSIMO

ILLUSTRISSE DN. COMES
DN. GRATIOSISSE



Eutiquam moribus con-
veniret meis, ut ad pedes ILLU-
STRISSE VESTRE EXCEL-
LENTIE devolutus, chartaceas
offerrem pagellas, nisi id per Or-
bem celebris Vestra Gratia atque
gloriosa toleraret Indulgentia, quini-
mo spe multa salutem Patrie spondens

lætiferus adventus exegisset: Accipe ergo ILLU-
STRISSE HEROS hoc quicquid est vilissimi xeni-
oli, ad instar aquæ, quam manus tulit gratissima, &
Pomeranis miseris succurrens, clementiam eandem
fac experiri huic, qui se submissione exactissima
mandatis EXCELLENTIE VESTRE per diu devo-
vit & dum Spiritus hos reget artus,

*Subiectissimis Servitiis
erit:*

ILLUSTRISSE V. EXCEL-
LENTIE

*Obadientissimus Servus atq. humilissimus
Cliens:*

JOACH. RUZE, Lüdershagiâ
Pomeranus.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

Praefamen *Sacerrimi Codicis* suffici-
entiam & autoritatem in Mysteriis
simul ac Philosophicis ex Augustino
docet.

TRACTATIONIS.

- §. I. Jus Naturæ quoad originem suam
ex scriptura deverivat, exhibens di-
ctum Rom. I, 19. in collatione cum
Rom. II, 14. 15. & versionibus.
- §. II. Ex contextu monstrat, quod ira-
Divina sit revelata adversus impieta-
tem & injustitiam, quia veritatem
detinuerint gentes.
- §. III. Docet quomodo *veritatem* ha-
buerint eandemq; incarcerationam *deti-
nuerint* adversus *Langii* futilem in-
stantiam. &
- §. IV. Quod veritas hæc detenta fuerit
ἡ ἰσχυρὴ τῆς Θεῆς, modo sat manife-
sto *lucidum* & conspicuum, quia
Deus ipse id revelaverit.
- §. V. Illustrat, qua ratione notitiam
tam *institam*, quam *acquisitam* deti-
nuerint gentes? ut tamen juxta.
- §. VI. Versu 19. de *noitia infra* tan-
tum agatur, quod ex Gerharo Ar-
gumentis dilucidis probat.
- §. VII. Objectiones Adversariorum re-
vellere incipit, & speciatim dictum
Gal. IV, 4 de *cognitione salutari* ex-
plicat & vindicat ex *Cobabo*.
- §. VIII. Ex loco 1. *Thess. IV, 5.* mon-
strat, qua via gentiles Deum *salutari-
ter* non cognoscentes in *passione def-
derii* deliquerint ex *Vessio* & *Hunnio*.

- §. IX. Subjicit, quid inferat *conco-
sulta*, credentibus salutifera?
- §. X. Ad specialem *Strimesii* hy-
pothesin Joh. I, 9. 10. *apparenter*
fundatam progreditur. &
- §. XI. Ex contextu probat, quod
de *intentione* & *potestate Christi*
agat *verbo ac Sacramentis fun-
data*, addito *Schmidii* & *Fort-
schii* consensu
- §. XII. Quod & concessere *Whit-
accerus*, *Lyferus* & *Mæbium*.
- §. XIII. Quos non superant *Coe-
cejus* & *Vakius*, quibus potius
cunctis ex *Chrystomo* monstra-
tur, gentiles non cognovisse *Chri-
stum*.
- §. XIV. Ut nec *Hottentotti*, nec
Brasiliiani nec *Canadenses* eximi
possint ex *Grotio*, *Schneidero*,
Nævio & *Calovio*.
- §. XV. Ulterius deducere incipit
quod τὸ ἰσχυρὸν per *actu cogni-
tum* exponi debeat, explicans
Philosophorum actus *quo* & *qui*
& applicans simul hanc distin-
ctionem. quæ
- §. XVI. Illustratur porro ex *Rom.*
II, 15. ubi opus legis in *cordibus*
scriptum dicitur, quia (1) *testi-
monium reddit conscientia*, (2)
legem non habentes, τὰ τῷ νόμῳ
fecerint.
- §. XVII. explicat, quæ sint τὰ τῷ
νόμῳ

- νόμος? quid τὸ ἕγγον νόμος? qua
item via sit *in scriptum*?
- §. XIII. Hanc *in scriptum* non
nudam adessentiam significare,
evinquit, ex hoc, quia *Φύσει* gentes
fecerunt τὰ τὸ νόμος, qua voce
ortus & origo Juris Naturæ de-
signetur ex Dn. *Hebenstreit &*
Lysero
- §. XIX. Ex *Xenophonte*.
- §. XX. Ex M. *Raphaelis ac Lutheri*
deductione, non adverso vel ipso
Crellio Sociniano. quod &
- §. XXI. Ex ipsius *conscientia* natura &
- §. XXII. Cogitationum pugna ex
Ambrosio, Reinhardo, Godwino,
& *Wigando* confirmatur.
- §. XXIII. Inspecie explicat, qua
via gentiles aliquid legis fecerint,
& sibi metipsis *lex fini?* ex *Calovio,*
Mullero & Hochstettero.
- §. XXIV. Tandem subjicit, quo-
modo sint inexcusabiles? ex
Gerhardo & Chladenio.
- §. XXV. In complexu succincto re-
petitis argumentis deductionem
absolvit.
- §. XXVI. Illustris *Thomasi* senten-
tia super Axioma: *Nihil est in*
Intellectu, quod non prius fuerit
in sensu. sistit
- §. XXVII. Adjicit explicationem co-
rum, qui potentia propinqua jus
naturæ adesse opinantur, ut
Schmidii, Musæi Velibemii, He-
benstreiti & Buddei.
- §. XXVIII. *Aristotelis* autoritate ad-
vocat. Illustr. *Thomasi* enervata
ex *Danhauero*, monstrat, quædam
esse *sensibilia*, quædam *Imaginabilia*,
quædam *Intelligibilia* tantum.
- §. XXIX. *Intelligibilia* separat præ-
eunte *Sturmio & Arnoldo*. id quod
- §. XXX. Consolidat ex Dn. *Tschirn-*
hausen & Wolfio imprimis *Loschero*.
- §. XXXI. Denuo ex *Sturmio*, post quæ
de *Idea Cartesii & affectarum* dis-
quire incipit, &
- §. XXXII. *Nævus Cartesii* memorans,
refutantes istiusmodi *Ideam* sub-
mittit, &
- §. XXXIII. *Molleri Cartesianam* ex-
culpationem cum censura dimittit.
- §. XXXIV. Examinat, an quod Dn. *Schmi-*
dus objicit, nostra sententia de
Jure naturæ *Platonici* accedat?
quem in finem
- §. XXXV. *Fanaticum delirium* de ani-
ma *machina* quædam, excludit, &
quidem
- §. XXXVI. Illustri deductione Dn.
Nævii & Dn. Berni.
- §. XXXVII. *Fanaticum de lumine in-*
terno errorem ex Dn. *Boyer* recenset,
- §. XXXVIII. Sententiam *Dornmeieri*
de triplici *lumine, Natura, Scriptura*
& *Spiritus* tradit, cum consensu
Poireti & Thomasi.
- §. XXXIX. De *Lucida Dickensonii* dis-
ferit tinctura, cum voto de explica-
tione *Magnetismi & Phosphori*
illustrior.
- §. XL. Removet tandem omnia *Plato-*
nicorum & Fanaticorum de *Lumine*
interno deliquia ex *Forstschio,*
Buddeo, Jägero &c. ac *Dissertatio-*
nem præsentem absolvit.

Wie Er/mein werther Freund/ biß hieher sich geübet
Und Seinen Schweiß und Fleiß im lernen hat gezeigt/
Weist Er heut öffentlich. Und so wird Er geliebet
Von der gelehrten Junfft/wozu Er sich aeneigt.
Er lasse Sich den Fleiß hinführo stetig führen/
Und gebe mit Bedacht auff den ganz schmalen Steg/
So wird Ihn GOTTES Huld mit Freud und Ehre zieren
Daß Er beglücket leb auff diesem Tugend-Weg.

Dieses setzte wohlmeinend des Herrn Responden-
ten ergebenster

H. A. Engelken / SS. Th. D. & P. P.

Glücklich sey ich Dein Studiren/
Da du sitzest zu den Füßen
Deiner Lehrer die dich müssen
Zu der wahren Weisheit führen.
Ist dein Vaterland verführet/
Deine Eltern sind verjaget/
Dich auch tausend Kummer plaget
Und man nichts als Elend höret.
So wilt Du dennoch nicht schweigen/
Redest / was GOTT selber lehret/
Wie der Schöpffer sey geehret/
Und man sich für Ihn muß neigen:
Drum so lob ich Deine Thaten
GOTT geb ferner Dir Gehören
Daß Dich wieder mög' erfreuen
Und laß alles wohl gerathen.

So wolte bey den itzigen elenden Zeiten den Hrn.
Respondenten zu Fortsetzung seiner bisher
rühmlichgeführten Studien auffmuntern
und andey herzlich gratuliren:

A. J. von Krackebitz/ D.
ad

*Eruditissimo Dn. Respondenti, Affini atq; Auditori
dilectissimo prospera quævis
PRÆSES!*

OMnis hodie in ferro salus atqve inter arma pro! silent leges,
ut Apollo cum Musis suis illud *Ovidianum* iustissime inge-
minaret:

Da veniam fasso, studiis quoqve frena remis,
Ducitur & digitis litera rara meis.

Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit,

Qui prius in nobis esse solebat, abest.

Sed cum afflictis in rebus & ad extremam penè desperationem redactis homines ad ea remedia confugiunt, quibus periculi potius magnitudinem omnibus notam faciunt, quam fructum aliquem consequantur, teste *Guicciardino* Constantis tamen in contrarium est, ne quid futile infirmumqve gerat, & pro Symbolo selegit, quod *Ovidius* scripsit:

Fert tamen, ut debet casus patienter amarus

Møre nec indomiti frena recusat equi,

Nec fore perpetuam sperat sibi Numinis iram,

Conscius in culpa non scelus esse sua.

Quæcumqve ergo infausta tulit fortuna generosè sustinet & obligationis bene memor à scopo suo non retrahitur.

Mens etenim recta, & puri sibi conscia cordis

Hoc plus splendet, quo magis atteritur.

Id laudi tuæ doctissime Dn. Respondens tribuere adigor ingenue, quem enim Patria expulere miserima fata, hunc tenacissimum studiorum morumqve adverto æmulum, ut nec inter Bellonæ strepitus deterrearis, velut privata assiduitate, sic & jam publico quodam exercitio interritum ac constantem declarare animum: Maeste igitur hac tua virtute! DEUS sit auxiliator tuus & Patriæ tuæ atqve nostræ invictus salvator! Sic in spem Patriæ succrescens, miserias Parentis Tui admodum Reverendi *Fautoris & Affinis nostri conjunctissimi* diminues tandemqve Ecclesiæ Gaudio natus ac educatus felicioribus auspiciis Spartam conferendam strenuè ac multo cum fructu laudabiliq; emolumento ornabis! Vale!

❁ i ❁

PRÆFAMEN.



Urea sunt B. Augustini ad Illustrem
Volusianum Epistola II, quæ est Libr.
 Ep. Augustini numero III. ad Eun-
 dem scripta, verba, quæ de facer-
 rimi Codicis sufficientia his fluunt
 lineis p. 7. Col. I. B. & C. *Quæ mens
 avida æternitatis vitæq. præsentis bre-
 vitate permota contra hujus divina
 veritatis culmen lumenq. contendat?*

*Quæ disputationes, quæ litera quorumlibet Philosophorum,
 quæ leges quarumlibet civitatum, duobus præceptis, ex qui-
 bus Christus dicit totam legem prophetasque pendere, ullo
 modo sint comparanda, Diliges Dominum Deum tuum ex toto
 corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: &
 proximum tuum tanquam te ipsum & Hic Physica, quoni-
 am omnes omnium naturarum cause in Deo creatore sunt. Hic
 Ethica, quoniam vita bona & honesta non aliunde forma-
 tur, quam cum ea, quæ sunt diligenda diliguntur, hoc est
 DEUS & Proximus. Hic Logica, quoniam veritas lumenq.
 anime rationalis, non nisi DEUS est. Hic etiam laudabilis
 Reipublica salus, neq. enim conditur & custoditur optima ci-
 vitas, nisi fundamento & vinculo fidei, firmæq. concordia,
 cum bonum commune diligitur, quod summum ac verissimum
 DEUS est. atque in illo invicem sincerissimè se diligunt ho-
 mines, cum propter illum se diligant, cui quo animo dili-
 gant, occultare non possunt. Modus autem ipse dicendi,
 quo Sacra Scriptura contextitur, quam omnibus accessibilis,*

quæ

quamvis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fisco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum. Ea verò quæ in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quod non audeat accedere mens tardiuscula & incrudita, quasi pauper ad divitem, sed invitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promissis, quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operata desiderantur, desiderata quodammodo renovantur, renovata suaviter intimantur. His salubriter & prava corriguntur, & parva nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrina inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam vel odit egrotantem medicinam. In spe christiani & piissimi consensus ad omnia ista, quæ sanctus Apostolus exegit, præsens nostra differentio sanctum hunc sacerrimi Codicis frequentabit fontem, & quod naturam tot peccaminosis debilitatibus obnoxiam oriri noluit, inde feliciori derivabitur fluxu, considerabimus ergo *Ius natura omnibus congenitum ac insitum, quoad originem atque essentiam suam ex Sacra Scriptura demonstratione apodictica & à priori esse cognoscendum.* Sacra verò Scriptura, in qua quicquid docetur veritas, quicquid præcipitur bonitas, quicquid promittitur felicitas est, quia DEUS veritas est sine fallacia, bonitas sine malitia, felicitas sine miseria, spargat lumen nostris semitis in Christo lumine nostro unico atque verissimo!

Amen.

TRA-

3

TRACTATIO.

§. I.

A Dst ergo limpidissimum DEI verbum & divino adferat origine Dissertationis nostrae praesentis thema, scil. *quod jus nature omnibus congenitum & instum quoad originem atque essentiam suam ex Sacra Scriptura demonstrati- one apodictica & à priori cognosci possit ac debeat.* Con- vincat in hoc ipso gentes, cum alicui, rationi suae cuncta tribu- entibus, Gentium iste doctor Paulus, Rom. I. 19. haec adferens: *Δίόν τὸ γνωσθὲν τῷ Θεῷ φανερὸν ἔστιν ἐν αὐτοῖς, ὅ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσατο.* Quoniam id, quod de DEO cognoscitur, manife- stum est in ipsis, DEUS enim ipsis manifestavit conf. Rom. II. 14. 15. Non malè Reizius haec in versione sua transtulit: *Die Welt das/ was man von Gott erkennen kan/ ihnen offenbahr ist/ denn GOTT hat es ihnen offenbahret.* Superans eo ipso affectatam Trilleri: *Bei das Kennerliche Gottes/ (dasjenige was man von GOTT kennen kan) ist in ihnen offenbahr/ denn GOTT hat es ihnen geoffenbahret.*

§. II.

Ut contextus magis evadat conspicuus, observandum est, quod Apostolus Cap. hujus primi v. 18. s. adversus pessimas Gentili- um idololatrias & in moribus nebulones agat, quos incidenter con- vincendos susceperat, ut conversos Romanos peniteret adhuc pri- stinorum flagitiorum, & tædio ducerentur horum, qui tantis adhuc sceleribus subigebantur; Monstrat ergo iram & justitiam DEI, quæ consummabitur in ultimo die *ira & revelationis* justii judicii ipsius Rom. II. 2. primordia & præcursores quasi suos in hoc jam- dum mundo emisisse & in testimonium perfectæ indignationis in obliuatis maleficos illorum; reatus *revelari* sparlum *adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, detinentium veritatem in injustitia.* per *ἀσέβειαν* demonstratò hîc intelligitur id, quod venerationi ac cultui divino adversum, sive id contingat per Atheismum & Poly-

A 2

theif.

theifrum, five alios per religionis navos atqve defectus; per *admittas* ergo infertur hac quidem oppositione firmata, omnis aberratio à jure, aut nobis aut aliis tribuendo, qua ipsa tam conservatiōni nostrum, quàm proximi opponitur. Vid. Lexica & Exegetæ passim.

§. III.

Ut vero justitiam hujus, revelatæ indignationis assereret, argute & quò aculeos relinqueret in animis audientium, quod gentes in *injustitia sua detinuerint veritatem*, adjicit; docens hoc ipso duo, primum quod *Gentes veritatem habuerint*: secundò quod *eandem* manentem adhuc, sed ad instar incarcerati, constrictam, clausam & ad quietem ac silentium *violenter* adactam *detinuerint*. Frons certè diu multumqve periit *Joachimo Langio* Halensium Theologo, non ergo mirum, quod in barbarici matre, suo scil. *Antibarbaro Tom. I. Sect. II. Loc. XCIX. pag. 307.* absōna hac instantia sanctissimo Paulo ausus sit illudere: *Quis ita argumentaretur: Hujus virginis pudicitia est vera & pura, quia illam in impuritate & re meretricia detinet, s. corrumpit.* Omnino enim Physicus, terminis demum rite intellectis, sic argumentabitur: *Quæcunqve virgo verè adhuc talis & nondum physice stuprata, in impuritate & re meretricia, qua ut solent dicere, virginatatem moralem perdit, donum hoc suum naturale detinet, illius pudicitia vel virginitas naturalis vera adhuc est & pura.* Conf. Ant. Bynæus *de Natali Jesu Christi Libr. I. Cap. I. §. 9. p. 24.* & Physicorum promiscuè omnium tractatus de hac re. Tutior proinde nobis manet sententia B. Bugenhagii, quando tersè admodum in Interpretatione sua ad locum præsentem p. 12. commentatus est: *Veritas* ea est, quod agnoscant quædam de Deo, item sciant, quid faciendum sit, quid mittendum in moribus, illam inquam veritatem prætereunt & non venerantur Deum timore & fiducia in ipsum, sed suam injustitiam, id est, quicquid est infidelitatis ipsorum, hoc loco veritatis honorant, faciuntqve ex suo peccato & ignominia Deum & ex DEO peccatum. Hoc vitii omnibus innatum est hominibus, nec liberantur ab eo, nisi per Spiritum sanctum. Addatur *Melanchton & Hunnius* imò omnium instar *Magnif. Di. Fechtius*: speciali Dissertatione

tatione sub rubro : *Veritas in injustitia decetna*. Raphael, item. Annot.
Ad Rom. I, 18.

S. IV.

Sed qualis fuit ista veritas, propter quam violenter ad eò de-
tentam, ira divina sparsim revelata? Apostolus respondet vers. 19.
Διότι τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ Φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ἐπὶ Θεοῦ αὐτοῖς
ἰΦανερώσε. Quoniam id quod de Deo cognitum, manifestum est in
eis. Deus enim ipsis manifestavit. Per τὸ γνωστὸν hic necessariò si-
gnificatur id, quod actu cognitum est vi scil. derivationis; nec re-
spectus Pauli est ad statum primævum, ubi in perfectissimo gradu
fontes cognitionis & notitiæ divinæ experiebatur primus homo,
sed ad hos potissimum, qui hanc veritatem cognitionis divinæ in ma-
litia sua detinebant; Vult ergo S. Paulus, quod veritas naturalis co-
gnitionis fuerit in Gentilibus; Nec dicitur modo qualicunqve adfuisse,
quomodo abditissima itidem adsunt & e. c. metalla in visceribus
terræ latent, vel semina morbi indeprehenfa quandoqve morantur
in musculis, venis & intestinis, sed potius modo sat manifesto Apo-
stolus namqve decedit; τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ Φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς
cognitum de Deo manifestum est in illis, non ut possit aliquando
manifestari, sed ut velut actu manifestatum adsit. Nomina enim
adjectiva à verbis orta cognationem cum participiis habent, & sic
Φανερόν designat, quod luci expositum & in propatulo est, sua-
que luce sic manifestum, ut alia etiam manifestet & conspicua
reddere possit. Tandem hæc veritas notitiæ naturalis, quoad
fontem & originem suam non acquiritur indagacione propria, in-
formatione & mediis extraneis, quæ sunt in potestate hominum,
sed sola Dei donatione, οὗ ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἰΦανερώσε Deus enim ipsis
manifestavit, per creationem scilicet, in qua Deus lineamenta sui vi-
vis coloribus sic expressit & depinxit, ut τὸ γνωστὸν sit ἐν αὐτοῖς
in ipsis, modo scil. quem postea S. Paulus disertissime expressit.

S. V.

Non equidem me fugit, quod plures Patrum, recentiorum
& Doctorum, locum hunc de notitiæ acquisita explicaverint, quia
vs. 20. particula causalis ὃ ad eandem manuducere videatur, sed
unius positio non est alterius exclusio, geminum enim documen-

tum iræ adversus gentes revelatæ Apostolus insinuat; quia nempe detinuerint in malitia veritatem *notitia infra*, quæ manifesta erat in ipsis, hac origine, ut Deus ipse revelaverit eandem *vs. 19*; quia præterea etiam hanc ex intuitu creaturarum rerum facile augibilem, utpote cum creata omnia istam probabiliter inferant & præsupponant, detinuerint. *Cum enim* (scribo ex Altingio l. c. §. XIX.) omnes creature aliquid in se habeant, quod talia de Deo testetur intuenti homini, utique & ipse homo aliquid in se habet; qui & ipse creatura est. II. *Cum* homo omnium creaturarum visibilium nobilissima sit, utique plus reliquis visibilibus de Deo docere potest III. *Cum* insuper homo solus habeat invisibilem Spiritum, animam rationalem, utique longè plenius Dei invisibilia cognosci possunt ex homine, quam ex creaturis mere visibilibus. IV. *Cum* homo solus ad Imaginem Dei fuerit conditus, nulla utique creaturarum terrestrium est, quæ Deum propius representet.

§. VI.

Quod verò *versus 19.* de fonte & origine per Gentes confurcata, & de *notitia infra* in malitia Ethnicorum detenta necessario agat, his argumentis pervicit B. Jo. Gerhardus in *Notis ad locum nostrum*: (1) propter universalitatem subjecti, quia loquitur Apostolus non de sapientioribus, sed de omnibus Gentilibus, & causam exponit, cur super omnes veniat ira Dei, nempe quia omnes veritatem in injustitia detinuerint, jam verò acquisita notitia sapientioribus tantum (potissimum) competit. (2) Propter verbum *κατέχευ*, quod ostendit, notitias innatas à Gentilibus in carcere quosdam injustitiae quasi captivas detineri, jam verò notitia ille practica ad instans pertinent. (3) Propter manifestationem τῆ γνώσεως in Gentilibus, dicitur enim illud *Φαερόν ἐν αὐτοῖς sine operoso discursu innotescere, non in ipsis, sed in ipsorum cordibus.* (4) Propter explicationem illius γνώσεως *vers. 32.* ubi vocatur *διὰ ψαμα V. 18. & 20. ἀληθινὰ θεῶν*, quod proprie competit veris de Deo notitiis per naturam insitis. (5) Propter *ἀεὶ δεξιὰ μὲν*, ut sint inexcusabiles. At ex intuitu creaturarum non potest illud discrimen honestorum & turpium directè, per se & manifestè colligi.

§. VII.

7.
§. VII.

Veruntamen ambages & tergiversationum restant diverticula, si enim adversam quis peroraret causam his argumentis, quia Paulus concesserit ipse, quod gentiles non cognoverint Deum idolis mancipari, Gal. IV. 8. quod nihil cognoverint de Deo 1. Thess. IV. 5. confer 1. Cor. I. 21. Job I. 10. unde τὸ πρῶτον non inferret actu cognitum, quia nequidem id, quod de jure cognosci deberet, qualem plures inter presentis aevi doctores sententiam arripuisse cognovi; tunc an satis tuto hac obiectio venerit fundamento? penitus disquiram; Et sic demonstrabo prius, quo sine sanctissimus Spiritus denegaverit notitiam divinam Gentibus; Ex loco igitur Gal. IV. v. 4. sententia Pauli in solis est disco: Distinguit sc. Apostolus inter Galatarum statum corruptionis, vel iræ, & inter statum reparationis, vel gratiæ, & docet, quales illi fuerint ante conversionem, & quales sint in statu gratiæ post conversionem. Nam ante conversionem ignorarunt DEUM, non autem simpliciter vel ignorantia totali, (quia DEUM cognoverunt per notitiam naturalem in se ipsam vel subjectivam Rom. I. 18. 19. II. 14. 15. & acquisitam Rom. I. 20.) sed ratione cognitionis salutaris, quæ in Evangelio est revelata, quia à DEO non edocti erant interiorius per illuminationem mentis & exteriorius per prædicationem Evangelii. Nam hoc modo Apostolus illos docuit Christum & viam ad justitiam & salutem, ut audita voce Evangelii & agnito vero Messia virtute Spiritus S. sint iustificati, vivificati & sanctificati. Argumenti autem à negatione notitiæ salutaris vel Evangelicæ, ad negationem notitiæ omnis simpliciter, non valet consequentia Vid. B. & quondam Nostratis ac Celeberrimi Theologi Dni. Mich. Cobabi *Dissut. Analyt. Theologica Sup. Cap. IV. Ep. ad Gal. Obj. III.*

§. VIII.

Ad secundum locum ex I. ad Thess. IV. 5. ubi Apostolus non tantum externas luxuriæ perpetraciones, sed etiam internos concupiscentiæ affectus, ardores atque ignes vetitos voluit, per rationem factis pregnantem, quod gentes, quæ non noverunt DEUM vixerint in illis, rehero: Numinis ignorantiam & inficitationem IV. potissimum modis contigisse, primò si quis eò furoris deveniret, ut, ad

❁ 8 ❁

ad tempus saltem, quia non videt DEUM, eo animum suum inducere potuerit, nec esse Deum; Deinde si non colitur Deus, vel saltem non nisi ob naturam præstantem, non verò, quia quis operi ab eo vel gratiam expectet, quippe qui neminem amet, neminem curet; Exinde si existimetur, uti Summates viri summorum curam gerunt, imis & minutis alios præficiunt: Ita Deos cœlestes de procerum rebus laborare, non spectare illas homullorum; Denique si DEUS solum colatur, ut remunerator in hac vita vid. Gerh. Joh. Vossius *De Origine & progressu Idololatr. Lib. II. Cap. III. p. 17.* Apostolum itaque voluisse ex duobus primis membris appetere Gentiles, qui indomito animi morbo & esrenata libidinis intemperie atque furore, ruptis omnis pudicitia & honestatis repagulis, projecto ad tempus & supplantato DEI sensu ac metu, caeca & effusa cupiditate ruerunt in peccatum scortationis aliaque horrenda scelera flagitiaque, sexto præcepto decalogi severiter interdicta. Conf. Hunnius ad loc. eit.

§. IX.

1. Cor. I. 21. Paulus docet, Summum Numen rationem habuisse justissimam, cur sapientiam humanam in negotio salutis reputaret, postquam enim per sapientiam DEI in lege ipsius perfecta revelata non cognoverint gentes, quæ in hoc mundo in suo naturali statu sunt, ex sua propria naturali sapientia DEUM, ut legem ipsius implerent & DEUM ita juxta eam colerent, ut salvarentur; sed legem DEI turpissima idololatria aut hypocriti transgrederebantur & maledictioni se subicerent; placuit DEO misericordissimo humanæque salutis cupido per concionem, quæ mundo stulta videtur, salvos facere omnes, qui tantum credunt. Vid. Schmidius in *Paraphras. & Balduinus in Comment. adh. l. & ad Rom. C. I. Part. III. Quest. III. p. 28.*

§. X.

Prolixiori opus est illustratione ac cura, circa dictum Joh. Cap. I. 9. 10. ubi deciditur, Christum omnem hominem in hunc mundum venientem illuminare & tamen Mundum eundem non cognovisse. Demonstratu ergo dignum erit, quomodo Christus illuminaverit omnem hominem venientem in hunc mundum? Qui Francofurti ad Oderam

rām hodie inter Reformatos docet & celebratur Dn. D. Sam. Strimesius in *χρηματολογία sacra s. Systemate gratia divina* p. 184. & seqq. ut probet, gratiam quandam, cum circa verbum DEI revelaturam, tum extra omnem naturam seu rem naturalem, à DEO immediate, ut fœderis gratie, omnibus in universum hominibus conferri, quæ dehinc cum rebus naturalibus conjungenda sit eatenus, quod aptos homines reddat, etiam istis medianibus ad salutarem DEI agnitionem perducatur, conf. p. 288. enormi depravatione hoc abutitur loco; hæc siquidem ratione gentes non cognoverunt Jesum illuminantem omnem hominem & quidem illuminatione ista, quæ naturalis, aut revelationis dicitur, sed tertia quodam intermedia ad salutem tamen perducenti.

§. XI.

Præsentis non est fori, ut extensiori deductione asseram, quod talis gratia signentum sit Reformatorum & Domini Strimesii, post Gerhardum enim Lyserum, Geierum & plures abundè veritatem evicerunt Magnificus N. Fechtius in aurea Dissert: *De ordine modoque Gratia divina* & eruditus quibusdam concionibus: *De Gratia Conversionis* M. Martinus Otto Henrici; Nec item spatia protrahet sententia Strimesii, quod velut Hebræa divinis pollet Accentibus, Græca sic ætandem lingua divina necessariò exigat puncta ac interstitia; quod enim utriusque linguæ hoc in momento non sit eadem ratio, alii absolverunt; Sed unicè meum erit, ut deducatur, quæ intentione Sp. S. Cap. Joh. I. de Christo, egerit? Evictum ergo hæcenus est, quod Johannes *ὁ ὁμοῦς* divinitatem Jesu adversus Cerinthum demonstraverit. Vid. Omnium instar Spenerus in *der Vertheidigung des Zeugnisses von der ewigen Gottheit unsers Herrn Jesu Christi als des eingebornen Sohnes vom Vater. Cap. II. §. 3. s. p. 107. s.* Divinitate ergo Redemptoris nostri asserta à versu. ad 4, in subsequētib; ad usque vers. 14. de officio filii DEI redemptionis agit, monstrans, quod Redemptor non fuerit Johannes vers. 6, 7. 8. sed Christus vera illa vita & lux, quam prædicavit Johannes, quæ & illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum ratione scilicet intentionis & potestatis suæ, verbo ac sacramentis applicatæ; Ante incarnationem abundè id probavit mediis ad salutem destinatis & post incarnationem, non minus ipse, quàm per Apostolos eorum-

que Successores sufficientissimis organis id corroboravit; quamvis tamen id frivole noluerit cognoscere & Judaei ipsi eundem non receperint. Vid. Seb. Schmidii *Resolutio ac Paraphrasis Evang. D. Job. Cap. I. §. 6. p. 4. 6.* & Celeberrimus Jenensis Theologus M. Fortschius Dissert. *De Catholicismi Gratia ad Gentiles sub V. T. pertingente Oeconomia.*

§. XII.

Adversus hæc non præponderant Argumenta D. Strimesii: Manet enim (1) Christus Redemptor omnium hominum, *lux illuminans ipsum hominem* non à verbo scripto diversa, sed in ipso hocce verbo jurare corusco ubi vis radians, vid: ex Calvinianis ipse Whitakerus Cantabrigensium quondam Theologus maximus, *Disputatione de Sacra Scriptura Quæst. III. Cap. III. p. 114. f. & de cujus fide ac religione, qualis hodie sit? ambigo, M Petr. Zornius: in der Gründlichen Ausführung/ daß die Lutherische Wahrheit einige Reformirte überwinden Cap. 1. §. XVII. p. 80. f. Manet (2) Christus Redemptor Lux illuminans omnem hominem in mundum venientem. non tantum in Majoribus, hisque mediantibus, sed sanctissima sua intentione & meriti sui universalissima efficacia, Mediorumque celestium, & reductioni ac refo-cillationi omnium suppeditanti ordinatione Vid. Wilh. Lyseri: *System Thetico Exeget. p. 1336. f. & Georgius Mœbius de quæstione illa: An ab Apostolis Evangelium etiam Americanis fuerit annuntiatum? Tra-ctar. Philologico Theologici: De Oraculis p. 100. f. quæ sufficiens & adeo efficax est, ut si omniscius Deus, unicum præcivisset morti sal-vatoris ad finem vitæ innixurum, eundem non posset non mediis suis divinissimis, eximere Idololatria, malitia, & Gentium coetu, quos ob solam contumaciam & quod fidei vulneribusque Redemptoris ad finem usque vitæ adversaturos præviderat, rejecit, & prædicatione indignos judicavit, quia, si vel in gremio & omni divinorum mediorum abundantia sederent, nihilominus horrenda salutis detestatione interitum fibimet acceleraturas esse, certitudine divina convincebatur.**

§. XIII.

Quo fundamento consenserint in hanc Strimesii novam opinio-nem Coccejus, &, moderatus præ multis, sed suspectissimus suo tem-pore Theologus D. Alardus Wake inquirere ac scire parum refert; reliqua

liqua item specialiorem merentur discussionem, quæ hoc equidem loco
exigi amplius nequit; id tantummodo docente Johanne observo, quod
mundus Redemptorem istum *non agnovit*, Gentiles enim (scribo ex
Chrysofomi *Homilia VIII. ad Cap. I. Job.*) in *insanientium fabulis*
verlati (hæc enim Gentilium Philoſophia est) ac Poëtarum deliria e-
volvantes, lignis & lapidibus affixi incubuerant, neque doctrinæ, ne-
que vitæ gratia quicquam utile bonumve conspicabantur. Forum nam-
que vitæ quàm doctrina immundior erat & scelestior. Et quid ita non
esset? cum viderent Deos suos in omnibus flagitiis sceleribusque des-
lectari & verbis quidem obscœnis, rebus à obscœnioribus coli, quibus
& festum diem, & cultum ipsi se exhibere arbitrabantur, præterea
nefandis etiam puerorum cædibus venerari: nisi si in his illos imi-
tabantur? & Homilia VII. disertissimè perorat: *Illuminat profectò,*
quantum in ipso est. Si qui autem sponte sua mentis oculis conniventibus
ad hujus lucis radios aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura,
in tenebris persisterunt: sed malitia sua, qui sponte tanto se dono
indignò reddiderunt. Nam gratia in omnes diffusa est, non Judæum,
non Græcum, non Barbarum, non Scytham, non liberum, non servum,
non virum, non mulierem, non senem, non juvenem effugit aut
dedignatur, omnibus eadem est, omnibus se facilem exhibet, omnes
pari honore advocat. Qui autem ejus munere frui negligunt, hanc
suam cœcitatem sibi ipsis imputent. Cum enim omnibus aditus pateat,
& à nemine prohibeatur, perdit quidam & nequam homines
propria malitia ingredi recusarunt. &c. &c.

§. XIV.

Cum ex his hæctenus assertis copiosissimè constet, quod Gentes
non culpa Numinis sed sui ignoraverint Deum, exempla Gentium,
athearum omninò, ut venditatur à pluribus, infirmæ erunt conditio-
nis & fidei. De *Cafris* seu *Hotrentotis* demonstratum est contra
Linschortanum per Nicolaum *Wissium*, ad amicum suum Jobprum *Lun-*
dolsium, quod non sint planè barbari, *bestiis quam hominibus propiores,*
nulla legum aut Dei scientia instructi, sed potius adorent Deum certum
aliquem, *cujus caput manus seu pugni magnitudinem æquaret, quique in*
tergo suo foramen haberet, grandi eundem esse & deducto in latitu-
dinem corpore; auxilium verò ejus implorari tempore famis & an-

nona carioris aut alteriuscujuscunqve necessitatis; Uxores suas solere caput Dei conspergere terra rubra, Bouhu, & aliis suaveolentis herbis oblato quoqve eidem sacrificio non uno. Vid: Christ Junckeri *Commentarius: De Vita Ludolfi* Appendice I. p. 225. f. Americanarum Gentium & in specie Brasilianorum causam adversus Baelium egit Summè Rev. Dresdensium Sup. Löscherus *Prænot. p. 3. f.* plurium item quarum atheismum adstruere conabatur. Baelius l. c. Canadensium singularem gesit curam Jo. Mauritius Schrammius: *De Vita & Scriptis Jul. Casar. Vaninii B. 2.* ut reliquos præteream, De coetero Nihil detraheret Juri naturæ, quod quidam Gentes multa præcepta, quæ nos juris naturæ esse statuimus, ignorasse videntur. Neqve epim jus naturæ ideo intercidisse credendum est, quod per incuriam perscrutandæ ejus, quam natura satis patefecit, veritatis, aut per nimiam peccandi licentiam in aliquibus Gentibus lumen naturæ obfufcari, moresve à recto tramite deviare perpiciantur. Verba hæc sunt Guil. Grotii *De Princ. Jur. Nat. p. 37.* Addatur M. Jo. Fridem. Schneider *De finibus Juris prudentia naturalis regendis Cap. I. XIII. p. 47. f.* & Consult. D. Jo. Car. Nævii *Jus Patrum Cap. I. §. XIV. p. 29.* Calovius item *Theol. Nat. & Rev. p. 157.*

§. XV.

Demonstrata sic hætenus Gentilium malitia, qui non tantum notitiam naturalem in vitam & acquisitam, sed ipsam etiam revelatam aliquando in injustitia sua detinuerunt, pluribus nunc deducendum est, quomodo *γνωσὶν* nihilominus id quod actu cognitum est designet. Solet verò Philosophis *Actus* esse vel quo seu primus, quando ens ipsam suam formam habet ac essentiam completam, unde provenire actio potest. Vid Josiæ Christoph. Neandri *Ontosophia Part. Gen. Libr. H. Cap. IX. Præcept. I. §. 2. p. 262.* & M. Nic Bened. Paschæ *Ontologia p. 386. f.* Vel etiam qui seu secundus, quando Ens exercitium seu realitatem suam exserit & actu operatur. Vid. Maximè Rev. Dn. D. Epini *Metaphisica ad Theologiam applicata Compendium p. 100. §. 15.* & Johannis Weissen *Comp. Metaph. recognitum p. 123.* Probandum igitur duplex erit caput, primum, quod τὸ *γνωσὶν*, seu id quod cognitum de Deo formam suam seu essentiam completam habeat, unde provenire possit actio, Secundum, quod ipsum exercitium declaret, realitatem

tatem suam exerat & actu in omnibus operetur: Exinde enim primam
 fluet consequentia, quod jus naturæ, cum omnibus suis notitiis sim-
 plicibus nobis sit ingenitum Vid. Zieglerus: *De Juribus Majestatis*
Lib. I. Cap. V. §. XXXV.

§. XVI.

Primum ergo quod concernit caput, post ea, quæ hactenus
 vidimus, cognitionem scil. Dei esse *veritatem* detentam in injustitia
 gentium, esse veritatem à *Deo* via naturali *revelatam*, quæ & tandem
 nomine τὸ πρῶτον αὐτὴν cogniti venerit; advocandus est denuò S.
 Paulus, qui abs effectu ad causam recurrens ita Rom II. 15. decidit: ὅτι πάντες ἐπιδοκίμουν τὴν τὴν ἑξουσίαν ἔχοντων ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐτῶν. *Quispi* scil. Gentiles ostendunt opus legis scriptum in cordibus
 suis. Si & rationes cupis, cur opus legis sit in cordibus suis scriptum;
 hoc versu primum accipe, quia testimonium reddit ipsorum conscientia,
 cogitationibus inter sese accusantibus, aut excusantibus. & versu 14.
 alterum, Quia legem non habentes, naturam, quæ legis sunt, faciunt &
 sibi ipsi lex sunt.

§. XVII.

Citra observationem hic dimitti nequit emphatica oppositio, quæ
 enim docuerat Paulus, Gentes natura fecisse τὴν ἑξουσίαν, non omnia,
 sed aliqua legis, *quædam imperando seu imperata agnoscendo* Vid. B.
 Schomeri *Exeg. Et Jo. Gerhardi Not. in præsentem locum*, is Jam per-
 hibet, hoc ipso demonstrasse Gentiles τὴν ἑξουσίαν ἔχοντες totum legis
 opus, die *Wesle*/ das Hauptwerk des Gesetzes/den Kern des ganz-
 hen Gesetzes cordibus suis inscriptum habere: Scriptioni enim atque
 modo promulgationis velut essentia, particularibus verò actionibus
 veluti fons opponitur τὴν ἑξουσίαν opus legis.

Hoc igitur ἑξουσίαν seu esse legis scriptum est in cordibus. *Ma-*
teria itaque in qua legis, ut cum B. Dav. Chrytrao in *Sententiis de Lege*
Dei §. XXII. loquar, sunt: non Solonis ἀξίωμα, non Lycurgi νόμος,
 non edictum Prætoris, non XII. Tabule: imò ne saxeæ quidem Moysis
 Tabule tantum: Sed ipsa mens Dei, æterno & immoto septo discernens
 recta & prava. Deinde mentes humane, quæ velut libri & specula
 hujus sapientia divine primùm fulserunt, Nam in prima hominis
 creatio.

creatione lex moralis naturæ humanæ à Deo insita & implantata est, ut ea lux in mente ac corde ejus flagraret, juxta quam omnis vitæ humanæ interior & exterior obedientia dirigeretur Conf. D. Jo Wi-gandus *de Legibus* p. 44. a. sicut ergo id, quod scriptum est, verè ad est, ita opus hoc legis scriptum in cordibus, quoad adessentiam suam negari itidem nequit Conf. J. A. Oslander *Observationum in Grot. De Jure Belli & Pacis. in Proleg. observ. I* p. 47. Calovius, *Theol. Nat. & Rev. Secund. A. C.* p. 161. f.

§. XIII.

Sed adessentiam qualemcumque sub metaphora scriptionis in cordibus non inficiabuntur contradicentes, qui & ipsi venditant, *notitiam Dei naturalem absolute & simpliciter loquendo nobis esse congenitam* Vid. D. Hebenstreit *Philosophie Prima* p. 104. & *System.* p. 88. sed cum solis ludant terminis, ut postmodum videbimus, novum accersi meretur momentum, ita enim opus legis in cordibus scriptum confirmat Apostolus ut Gentes φύσει aliqua legis fecerint. Non me fugit excipere plures, terminum φύσει naturā nil aliud significare, quam *reipsa, revera.* At solide D. Hebenstreit alio eequidem loco absolvit, *vocem φύσιν in significatu proprio, à quo circa urgentem necessitatem non est recedendum, naturam & essentiam denotare & nullum Novi testamenti locum adferri posse, ubi vox illa nihil aliud significat, quam revera, reipsa.* Conf. *Systema* ejus p. 326. 327. & ego confidenter adjicerem: Elocorum Rom. I. 26. II. 14. 27. XI. 21. 1. Cor. XI. 14. Gal. II. 15. Eph. II. 3. Jacob. III. 7. 11 Petr. I. 4. II. 12. Judæ v. 10. inductione manifestum esse, nomen φύσις vel essentiam & naturam, vel impetum & inclinationem aut proprietatem naturalem, vel etiam naturalem ortum & generationem denotare. Conf. Lyserus *System.* p. 654.

§. XIX.

Hac ratione Pheraulas Persa apud Xenophontem ita perorat *Libr. II. Cyro Pad.* p. 42. l. 39. f. μάχην ἐγὼ ὄρω πάντα ἀνθρώπους φύσει ἐπισημένους, ὡσαύτε γὰρ καὶ ἑλλὰς ζῶα ἐπίσητάι πῦα μάχην ἔχουσι, καὶ ἐπεὶ πᾶρ ἐνὸς ἀλλὰ μὴδὲτα ἢ παρὰ τῆς φύσεως vel ex versione Jo. Leuclavii. *Pugnā homines ego universos à natura*

natura nosse video, quemadmodum & aliorum animalium qualibet ali-
 quā pugna norunt, quam non aliunde atq; ab ipsa natura didicerunt. Et
 adjicit: Verbi gratia bos cornu ferire novit, equus ungula, canis ore,
 dente aper. Atque etiam omnia hec animalia cavere sibi ab eis norunt,
 à quibus est cavendum maximè, tamen nullius unquam Magistri lu-
 dum frequentarint. Ego enim statim à puero noram aliquid ei objicere,
 à quo percussum iri me putabam, ac si nihil aliud habebam, protensis
 manibus cadentem, quantum poteram, impediebam. Atque hoc fa-
 ciebam non modo docente nemine, sed enim vapulans ea parte, quam
 objecissem, gladium quidem puer adhuc statim ubi vidissem arripiebam,
 edoctus à nemine, quo pacto prabendendus esset extra quam à natura,
 ut equidem censo. Nimirum hoc quoque faciebam, cum facere veter-
 rer, non docerer: Quemadmodum & alia quedam sunt qua patre matreq;
 veterantibus, facere tamen à natura cogebat. Ac gladio profecto cade-
 bam, quicquid clanculum poteram. Non enim in hoc natura ductum
 modò sequebar, sicut in incessu cursuq;: sed præterquam quod ingentium
 erat, etiam volupe mihi factu videbatur.

§. XX.

Certum est itaq; Spiritum Sanctum hoc indigitare voluisse,
 Gentes à nullo doctos & institutos, naturā, per veritatem sc. illam à
 Deo revelatam seu νόστος & Οεῖς & ἐπειν seu opus legis cordibus
 inscriptum ad bene agendum inductas fuisse Conf. Eruditissimus Dn.
 M. Raphael Annot. Philolog. ad Rom. II. 14. 16. 19. p. 200. 201. den wo
 es nicht natürlich im Herzen geschrieben stünde / müsse man lang
 Befehl lehren und predigen/ ehe sich das Gewissen annehme/ es muß
 sich auch bey sich selbst also finden und fühlen/ es würde sonst
 niemand kein Gewissen machen. Lutherus Tom. Altenb. III. p. 47. b.
 Sicuti igitur natura rem constituit, distinguit & principiū operandi e-
 xistit, ita natura hujus inscripti ἐπειν & operis efficax est, ut gentes
 naturā hacce sua, accedaneo Dei dono, perfecta moti & perfecta faciant
 aliqua legis, honesta à turpibus discriminantes & hoc ipso ostendentes
 opera illa in cordibus suis inscripta & intimis animi sensibus insculpta
 esse; Quod nec ipse Crellius in hunc locum diffiteri potuit. Conf.
 Calovius: Socinism Proflig. Sect. III. Membri I. Controv. III. Prob.
 II. p. 108.

§. XXI.

Ut verò hujus notitiæ clarior adhuc veniat demonstratio, Apostolus adjicit. *σωματευξέως τῆς σκευής*: Una testimonium reddente conscientia. Quo ipso respicit ad versum antecedentem & istud evincit: Gentes sic φύσιν naturâ fecisse τὰ ἐν νόμῳ aliqua legis, et simul testimonium istis reddiderit conscientia. Admiranda certè divini Numinis eaqve ineffabilis fuit sapientia, quæ hominem non tantum Jure Naturæ perfecit, illed ipsum celesti promulgatione revelans, cordiqve, ne periret, inseribens atqve insculpens, sed & Archivum quasi parando, ubi indefinenti circumspectione asservaretur, quin Archivarium simul, Consiliarium & Judicem adjungendo, ne ulla ratione quidquam deesset omnino: Has enim vices sancta fideliter sustinet conscientia; quarum diversæ functiones id efficere, ut Deorum hæc trutinatrix & lumen istud semper vigil, omnes actus nostros inspiciens, diceretur.

(α) *σωτήριος* à conservando, quod conservaret altè sibi infixum hoc legis opus, ut eo ipso anima immaculata conservaretur & à tribunali suo nec recederet, nec eidem obverteretur.

(β) *φρόνιμος* à prudenti deliberatione & consultatione rerum appetendarum, ne rana pro Diana, turpeve præ decoro seligeretur. Et tandem:

(γ) *σκευής*, quod cum alio rem haberet perspectam & ordinaret scientiam ad actum, qui revocandus ad legem atqve tribunal istud in meditullio cordis erectum Conf. Robertus Sanderfonius in prælectionibus: *De obligatione Conscientiæ* & B. Konigius in *Proœmio Casuum Conscientiæ*. §. XXII.

Quæ munia conscientiæ ipse Paulus citato loco exactissimè refert, mentionem injiciens *σωματευξέως σκευής* una testimonium reddentis conscientie *μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορημάτων ἢ ἢ ἀπολογημάτων*, verterem: Da die Gedanken sich unter einander verklagen und entschuldigen. Follibus namqve conscientie instantur cogitationes & sic perhibente Ambrosio *Offic. Libr. I. Cap. XXII. verum exquirere & quasi emolere manus habent & aut tranquillitatem sedationis infundunt, aut è contra perturbationem inquietudinis*

tudinis & fluctuationis. *Abundat enim sibi locuples testis conscientia,*
fugat etiam mala & opprobria etiamsi se credat non posse convinci: nam
etsi clausis parietibus sit cooperatus tenebris, sine teste, sine conscio, habet
tamen facti arbitrum, quem nihil fallit: ad quem facta clamant om-
nia: denique clamavit & vox sanguinis. Seipsum unusquisque &
animum suum severum judicem, sui ultorem sceleris & vindicem cri-
minis habet. Ambrosius in *Ep. ad Constantin.* quorsum egregie faci-
 unt, quæ illustris Reinhardus *Theatr. Prud. Elegant. Libr. I. Cap. V.*
num. 7. (1) excerptit ex *Dn. Le Maître Plaid. XXIX.* ubi sic disse-
 ruit: La conscience est d' autant plus redoutable, qu' on ne le peut
 rejeter, parce qu' il est toujours oculaire: q' on ne le peut repro-
 cher, parce qu' il est toujours veritable: quon ne le peut gagner,
 parce qu' il est toujours incorruptible: qu' on ne le peut intimider,
 parce qu' il est toujours libre & dominant, au dedans de l' ame; qu'
 on ne le peut éloigner, parce qu' il est toujours parlant, & toujours
 criant, & qu' il ne parle pas aux oreilles, mai aux cœurs. *Conf. Cap. totius*
V. illustris Dn. Reinhardi & Thomas Goodwin. Tractatus Von der
Bedancken Eitelkeit und Genesung/D. Wigandus item De Legibus di-
vinis p. 38 b.

§. XXIII.

Sed alterum adsertionis adhuc superest momentum, quo pervin-
 citur opus legis scriptum esse in cordibus Gentium, quia scilicet Paulus
 v. 14. docet, q. *Gentes legem non habentes, natura fecerint aliqua, quæ*
legis sunt & sic legem non habentes, sibi metipsis lex extiterint. Com-
 mentarii instar proderit B. Calovius in *Theologia naturali ac revelata*
secundum tenorem A. C. p. 160. 161. ubi sic explicuit: In hoc loco
 urgemus (1) *naturalem legis observationem.* Qui enim natura faci-
 unt ea, quæ sunt legis, illis etiam natura inesse oportet legem, s. cum
 dum cujus normam & dictamen operentur. Legis naturalis ob-
 servatio presupponit naturalem legis cognitionem & instinctum: quum ne-
 quidem intelligi possit, quomodo aliquis naturaliter agat honesta, si
 horum neque cognitio neque instinctus naturalis sit. Qui *Quod*
 operatur, is certe actionis suæ principium habet *Quod* vel connatum,
 quod nos dicimus notitias naturales. Ea enim dicuntur *Quod*
 peragi, quæ per principium innatum, vel per naturalem instinctum
 sine prævia institutione, nec ex habitu quodam acquisito suscipiuntur

C

1. Cor

1. Cor. XI. 14. Gal. II. 15. Eph. II. 3. Jud. v. 10. (1) *Legis externa remotionem*: Quia Gentiles & habuisse legem dicuntur, & non habuisse. Hoc, quia extrinsecus præscripta lege caruere: illud, quia intrinsecus menti inscriptam legem habuerunt. Unde autem eam habuerunt? An *traditione & conversatione cum Judæis*? At hac multi caruerunt Gentilium, & h̄ ab illis accepissent legem, utique lex Gentilium fuisset eadem cum lege Judæorum, verèque ita habuissent legem illam, quam negat Apostolus. Num *ex institutione*? Ea apud Barbaros nulla, qui tamen lege non caruerunt, adeoque justè condemnari non possent, ut arguit Apostolus. Num *ratiocinatione perspectum visibilibus*? Ne id quidem hic dici potest, tum quod multi sic usi non sint ratione, qui tamen legem habuisse innuuntur, tum quod stimulos boni etiam senserint, cum nullas creaturas aspexerunt, & cum actu de iis non cogitarunt, tum quod ipsè creaturarum aspectus per se nobis legem dicitare nequeat. Relinquitur ergò, quod Gentiles habuerint legem per *naturalem impressionem*. (3) Gentilium descriptionem, quod *sibi metipsis lex fuerint*. Cum lege divinitus præscripta caruerint. Hac enim *ἡ φύσις* nihil insinuat aliud quam quod per se, natura sua, sine prævia vel informatione, vel indagatione lege instructi sint, adeò ut quamprimum existunt, lex in ipsis existat, quia ipsi sunt sibi metipsis lex, sine externa & adventitia quadam opera. Conf. B. Joh. Müllerus *Atheismi depicti* §. 27. f. D, Hochstetterus: *de Notitia Naturali* p. 11. f.

§. XXIV.

Ut verò maximum adhuc urgeam, tunc Paulus tandem Jus nature sic revelatum, in cordibus scriptum & consideratione visibilibus exsertum decidit: *ἅς τὸ εἶναι ἀνόμους ἀναποδείκτους* ad esse inexcusabiles, vel ut alii vertunt: adeo ut sint inexcusabiles. Sentus hic est, (scribo ex Gerhardo ad hunc locum) quod non possint tergiversari, aut ullam asserre defensionem in DEI iudicium, quin iure sint damnabiles. (1) Vel quia per DEI cognitionem tum ex creaturis haustam, tum instam eò deducti sunt, ut ignorantiam non possint prætexere, cum peccant. Ne quidem lumine naturali, discrimen honestorum & turpium suppeditante relictè fuerunt usi, sed contra illud per idololatriam & gravissima scelera externa egerunt. (2) Vel quia debu-

debuissent naturali DEI cognitione, quasi manu ductione quadam uti ad
 uberiores & salvificam DEI cognitionem in Ecclesia quarendam Act.
 XVII. 27. Syrus ad verbum reddidit: *Us sint absque exitu in latitudi-*
dinem, h. e. ut constricti convictique teneantur propria damnationis. In-
terim naturalis Dei notitia non est salvifica. Notitia naturales faciunt
ἀναπλογητες, sed τὸ μακαρίως, sunt enim κοίταιδες, non σωτηριώδες
Conf. Summè Rev. Dn. Chladenius de. Tactu DEI in Gentilibus.

§. XXV.

His hæcenus conspicua deductione perquisitis, dubium agerrimè vi-
 deo, quo minus Jus nature possit dici Actu primo & secundo præfens, con-
 sequenter & Actu cognitum; quodcumque enim Jus, veritas est à DEO
 per viam nature revelata ita ut γνώσις τῆς Θεῆ dici poterit; Quo-
 dcumque ulterius, ipsum esse & opus legis in cordibus scriptum, est,
 & conscientia munitum, quæ cogitationum operatur motus, ut Gen-
 tes legem non habentes, natura faciant, quæ legis sunt & sibi met ipsi lex
 sint, adeo quidem, ut omnes sint ἀναπλογηται inexcusabiles; illud
 certè in forma sua completa adest; ut non tantum possint venire,
 sed & actu secundo veniant inde exercitia & realitates exsertæ. Si-
 ve ergo aliquis τὸ γνώσιον concretivum pro abstracto poni arbitraretur,
 ut idem foret, quod γνώσις cognitio DEI passivè sumpta, qua DE-
 US ab hominibus agnoscitur, sive cum Dorscheo Theol. Zachar.
 Part. II. Dissert. VI. Q. I. §. 1. f. crederet, maluisse Paulum γνώσιον
 dicere, quàm γνώσιον, ut ad nativam potius impressionem quam ad
 actum quendam elicitem nos deduceret: sive tandem cum Seb. Schmi-
 dio ex collatione loci Act. IV. 16., ubi γνώσιον ὁμείον irrefragabi-
 liter & in se certò verum signum significat, hanc vocem neutrali-
 ter & substantivè sumendam censeret, ut γνώσιον τῆς Θεῆ sit certitudo
 de DEO, quod revera sit irrefragabilis & per se nota: nobis tamen id
 sufficeret, quod DEUS naturaliter cognoscatur; & hæc cognitio DEI
 via nature revelata sit certa & irrefragabilis. Vid. Celebrissimi Wür-
 tebergensium Theologi Dn. D. Hochstetteri Dissert. de Notitia natu-
 rali. p. 7. seqq.

§. XXVI.

Dudum prævidi hîc loci excutiendam esse opinionem Illustris

G 2

Dn.

Dn. Thomasi, axiomate vulgari fundatam: *Nil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu*, his namque verbis L. b. I C. I. §. 51. reus omnem expressit: Dieses ist der Proces des raisonnirens und der menschlichen Verrichtungen bey den erwachsenen. Nach dem die kufferlichen Objecta die kufferlichen Sinnigkeiten geruhret / folget die erste Wirkung des Verstandes / darauff folget die Begierde / welche entweder stracks der Bewegungs-Krafft befiehet / oder die Sache die sie uberlegen will / der andern Wirkung des Verstandes zuschicket / und hernachmahls eine Wahl anstellet / die Bewegungs-Krafft antreibt u. f. f. Hieraus erhellet / das die Regel wahr und ohne Ausnahme ist: **Es ist nichts in dem Verstande, das nicht zuvor in den Sinnen gewesen.** Item was man nicht ketter / das achret man nicht & p. 33. Praeloquii §. 45. totam in compendio causam his verbis perorat: Im 1sten Cap. §. 51. setze ich die gemeine Regel: **Es ist nichts im Verstande / das nicht zuvor mit denen Sinnen begriffen ist /** und sage / das diese Regel wahr und ohne alle Ausnahme sey. Im 2 Cap. §. 39. aber sage ich / der menschliche Verstand nach den Sinden = Fall vergleiche sich mit einer ausgeleschten Schreib-Tafel / darinnen man schreiben kan / was man will. Und in eben diesen Cap §. 66. 67. setze ich / das die gesunde Vernunft sich bey dem Menschen befinde von seiner Geburt an / in der Gestalt eines Vermogens (potentia) welches geschickt ist / seine Krafft zu erzeigen / wenn vorher / vermittelst Dargebung der Sinnigkeiten / Ideen oder Vorstellungen vom Verstande formiret worden / und verwerffe die Lehre der Schuel = Theologen / als gar zu subtil / wann Sie vorgeben / das den kleinen Kindern auch natuerlich / auff Artz und Weise eines angebohrnen Habitus einige prima principia practica beywohneten u. f. f. welches alles ich darim hieher zusammen fasse / weil eines aus dem andern fließt.

§. XXVII.

Expliciori circumstantia deduxerunt alii sua opinata & philosophice sic opponunt: Jus naturæ, vel ut dicere suerunt: Notitia

titia luminis natura insita, non est actu primo talis, quia notitia actu primo sua intrinseca natura species rerum impressas seu intelligibiles in se continet. Experientia enim testatur, absque speciebus impressis hominis intellectum nullum cognoscendi actum elicere sed per species impressas tanquam principium eliciendi actus cognoscendi parviale, seu ut alii loquuntur antecedenter requisita, ad eum eliciendum determinari. Si jam notitia insita in actu primo intellectus naturam insitam essent, tunc necessario sequeretur etiam species impressas, quibus intellectus ad actum cognitionis eliciendum in actu primo sufficiens constituitur, naturam insitam esse, cum tamen extrinsecus transvehantur ad intellectum ab objectis per sensus & phantasmata concurrente intellectu agente.

Longè minus est actu secundo talis. Quia notitia in actu secundo semper importat aliquem actum cognoscendi ab intellectu elicatum, atque ab eo efficienter i. e. ab homine ut causa efficiente in actu secundo posito, ipsaque intellectu, ut actu primo seu potentia causativa completa in genere potentia activa productum, qui hoc ipso, quod ab intellectu produciuntur, natura nobis insitus seu innatus non est. Ergo demum est potentia propinqua talis &c. Conf. Summè Rev. atque Magnif. D. Jo. Andr. Schmidius Theologus Helmstadiensium & Historicus incomparabilis ac supra laudem positus, (ambigo verò num adhuc hodie hanc tueatur sententiam] *Theol. Naturalis Positiva Part. 1, Sect. 1. §. IV. p. 32. s. ubi & p. 34* adducit Musæum, *der Jenischen Theologorum ausführliche Erklärung!* & Velthemium, quibus adderem Dn. D. Hebenstreit. *Opp. jamdum citatis & Dn. Buddeum Instit. Theol. Mor. Part. II. Cap. II. §. V.*

§ XXIII.

E re itaque nostra erit, ut videamus, quousque illud valere possit dicendum: *Nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu?* Nos equidem haud turbat, quod illustris Vir aculeatè regerit §. 45. Prologi: Was nun erstlich die Regel anbelanget: Es ist nichts im Verstande / u. s. w. So ist dieselbe so gemein und bekannt und stehet in allen Aristotelischen Physiken! Daß ich mich nicht besorgen darff / sie möchte etwa unter die Lehren zu Zehlen seyn / die mit der Theologie nicht übereinstimmen &c. in verba namque hujus Magistri non juravimus, Conf. Danhæuserus in *Prefat. Dialecticæ*, nec Aristotelicæ omnia nobis & sunt Theologica

Et præterea jure meritoque veritas illius Aristotelicæ defenditur in aliquibus naturalibus & quæ acquisito acquiruntur habitu. Vid. Mendoza de Anima Disp. VII. Sect. I. §. 2. Quædam enim (1) sunt sensibilia, quæ vel visu, ut lumen & colores, vel auditu, ut soni, vel olfactu, ut odores, vel gustu, ut sapes, vel tactu denique, ut calor, frigus, durities, mollities, &c. percipiuntur; Quædam (2) imaginabilia, quæ sive presentia, sive absentia, imaginè tamen sui nobis obijciunt ac representant; ut cum parentum ac amicorum absentium lineamenta, picturas quasi & simulacra, tanquam ante oculos posita, intuemur: Sed tamen (3) Quædam sunt intelligibilia tantum, quorum rationem & proprietates clarè satis quidem intelligimus, sed neque sentiendo videre, vel audire &c. nec imaginando, sub certa figura imaginè vel simulacro nobis representare valeamus; prout e. g. virtutes & vitia, (temperantiam e. g. & injustitiam) quid sint, & in quo consistant, quæ item cujusque attributa sint & proprietates &c. clarissime quidem & evidentissime intelligimus, sensu autem nullo comprehendere vel imaginando, percipere nullo modo valeamus. Vid. Celebr. Jo. Christoph. Sturmii: *Physica moderne Sanioris Compendium Erotematicum Art. I. de Homine Membr. I. Cap. I. Quest. III. p. 174.* Eadem olim jam expressit: Bonaventura adl. sent. d. 17. n. 4.

§. XXIX.

Ubi & Qu. IV. perspicua soliditate observandum ducit Sturmius (1) q. quæ vel sensu percipi, vel imaginando apprehendi possunt, illa magnitudinem, figuram, & extensionem aliquam habere necessariam sit; Quandoquidem nec sensus nec imaginatio quicquam apprehendit, sine certa quadam figura consequenter extensionis alicujus terminatione; adeo ut ne falsa quidem vel visio vel imaginatio, extra extensionis alicujus involuptionem possibilis sit. E contrario verò ea, quæ tantum intelligibilia sunt, adeoque neque sub visum, neque sub imaginationem cadunt, nullam extensionem in ideis suis implicant, adeoque nec imaginem aliquam; prout certè, quid temperantia vel fortitudo sit aut dicatur optime intelligimus, etiamsi nec oculis videre has virtutes, nec imaginem aliquam earum sive visui sive imaginationi exhibere possumus. Et Quæst. VI. tersè decidit: Quod, quemadmodum ineptissimus ille judicandus foret, qui non contentus, lucem & colores vidisse ac sonos audivisse, de imperfectione cognitionis suæ conquereretur, itæo, quod sonum

sonum etiam visu, & lucem auditu percipere non valeret; ita non minus inepti sint illi, quibus eorum cognitio, quæ solo intellectu, et clarissime cognoscuntur, manca & imperfecta videtur; nisi etiam imaginando percipiuntur; vel sub ipsam sensum cadant: quæ quidem querela multorum animos occupet, quando de ipso animo cogitantes, ejus conceptam vel ideam, aut naturam, obscuram sibi queruntur, quod non solum visum, sed imaginationis ipsius vim effugiat; cum tamen si rectè attenderent, animam suam sibi multò notiozem esse quam corpus agnoscere forent. Conf. Arnaldus: de Arte cogitandi p. 37. f.

§. XXX.

Manet itaque certum, quod detur cognitio, quæ sine Phantasmate & sensuum interveniente derivatione oritur, quod ipsum animæ actus cogitare, velle, affirmare, & negare, definire & distinguere, apprehensio item mysteriorum, æternitatis, infiniti, affectuum, virtutum aliarumque notiones abundè inferunt; ut de mathematicis formatibus nihil adjiciamus, de quibus Conf. Dn. Tschirnhausen: *Medicina Mentis* p. 79. f. & Dn. C. Wolf, *Solutione nonnullarum difficultatum circa mentem humanam obviarum*, ubi simul agitur de Origine notionum & facultate ratiocinandi, cujus Excerpta tradunt A. E. L. Ao. MDCCVII. p. 507. f. Nec juvat oppositæ exceptio, quod intelligibilia conceptus ad formam sensibilibus eveniant & nobis eosdem recognoscantibus imagines quasdam mente observari, vel nos tum conari illarum rerum imaginem quamvis formare. Prius enim, ut cum Summè Rev. Löscheri *Prenotionum contra Indifferentistas* IV. §. II. p. II3. respondeam, petit principium; Quando enim independens, infinitum vel æternitatem cogito, nulla vel compositio phantasmatum datur, vel imitatio eorum rem absolvit; Posterius autem consuetudinis vitio fit, cum serò incipiamus de merè intelligibilibus cogitare, atque adeò à pueris ad phantasmatum formationem simus adsueti. Ubi & orthodoxè concludit: Nobis defendenda est hæc prenotio ea potissimum de causa, quia & organon Theologicarum meditationum, intellectus à Phantasia distinctus illique non obsecundans, eadem neglecta & relicta omnis ad Phantasmata rediret. Quare S. Trinitas, Omnipresens carnis & corporis Christi substantialis in S. Cena, & alia hujus generis non per phantasmata, quæ heterodoxis placet, sed per ideas puriores concipienda sunt.

§. XXXI.

Dum ergo actuosissimum illud in homine principium cogitativum, quod sui existentiam in unoquoque homine suis ipsius actionibus cuius intima conscientia notissima, immediatè, absque ullo externo argumento abundè probat, cogitationibus innumeris nocte dieque sese prodens; ita nihil notius nobis & menti nostra esse dicendum sit, quàm ipsa mens; utpote de qua intimè consci sumus, quod varia incipiat & intelligat, plura subinde nosse velit ac desideret, de multis dubitet, aliaque speret & optet, quaedam desperet, circa nonnulla delibere ac ratiocinetur, alia neget, alia affirmet, his assentiatur, illis assensum subtrahat, alibi cum dubia suspendant, amet aliqua, quaedam adversetur, oderit, &c. Vid. Sturmius l. c. Q. 1. Dum, inquam, istud ideis purioribus abs omni phantasmate & materiali remotissimis intelligibilia apprehendere asserui, ideam Cartesianam omnibus modis remotam cupio. Is siquidem asseruit. *Homini menti cum natura à DEO innatas ac insitas esse ideas, quæ sint ipsius Dei in mente pictura & Scriptura, quæque consequenter sua sponte se sistant, inveniuntur, à mente non formentur &c.* Vid. ipse: *Principiorum Philosophiæ Part. I. §. XVI. s. Medit. III. p. 21. s. Claubergius de Cognitione Dei & Nostri Exercitat. V. s. Hermannus Alexander Roel. de Theologia naturali & ideis innatis. Jo. de Bruin. de Cognitione Dei naturali Diss. §. 7. & promiscuè Heidanus, Wittichius, Burmannus, Raecus &c. quibus cum multa ex parte colludit Poiretus in sua Oeconomia & Tractatu: Ratio & fides collata. p. 46. s.*

Laudes non disputo iustas iudicioso huic viro, probè tamen concius quod, in Theologicis non modo Reformatis sed & Nostratibus fuerit offensionis multæ, ut Vir eruditissimus & ad bona quævis natus & educatus Dn. M. Jo. Jacobus Ferberus Exam. succincti *Artis rectè cogitandi Antonii le Grand. secundum Principia Renati des Cartes Prefatione p. 5.* concinnè produxerit Voetium, Schoockium, Revium, Lentulum, Schulerum, Spanhemium, Maresium, Morum, Leideckerum, Mastrichtum, Osiandrum & Baumium, quoad jam expressam hypothesin contradicere proluxa egor emphasi, ista etenim superante, foret omnium hominum promiscuè eadem, sive vellent, sive nollent idea, nec actiones aut defectus hominum quicquàm tam quoad

quoad existentiam, quàm essentiam divinam & quæcunque aliâ comprehenduntur atque creduntur, variarent, sed æterna potius ac immutabili serie omnis articulus apud omnes volveretur: Præterea Entis infiniti & spiritualis dari non potest illiusmodi idea vel species impressa in mente finita, & quia hæc talis non nisi per discursum formatur, hinc in acquisiteorum classem rectius collocatur, ut taceam Gentiles eandem, ne minimo unquam indicio prodidisse. Iuste ergo hanc labilem impugnarunt sententiam post superius exhibitos Gerhardus de Vries: *De ideis rerum innatis* Jo. Dartiquelonge: *Apographe contra Cartesium* B. G. F. Seligmannus: *Thesum Anti-Cartes. Miscell.* §. V. B. V. Alberti Διδάσκων καὶ παιδῶν seu Cartesianismus & Cocceianismus Belgio hodie molesti, nobis suspecti p. 9. §. XV. p. 34 §. IX. & s. Reinerus Vogelsang in *Exercit. Theol. logicis* p. 18. f. Mag: Gabr. Groddeck præclarissimus & vita longiore dignissimus Vir, in *Dissertatione, quæ Spiritualitas DEI ex lumine Natura asserta* §. 11. ubi inter plures & M. Jo. Sartorii Dissertationem citat: *De R, des Cartes modo demonstrandi existentiam DEI per ideam innatam, jam A. 1679, Wittebergæ habitam*, Summè Rev. tandem & Excellentissimus Noster Grapius *Selectiorum Questionum ex Theologia Naturali Prima* §. 2. cum pluribus aliis.

§. XXXIII.

Extensa Cartesium vindicare annis est cura Ao. MDCCX. Altorfinus Celeberrimus Professor Dn. Dan. Guilielmus Mollerus, exhibens *Argumentum Cartesii pro existentia DEI probanda ex idea DEI innata desumptum & ab objectionibus liberatum*, cujus summa huc rediit: Cartesium dicentem ideam aliquam nobis esse innatam, non intelligere, illam nobis semper observari, sic enim nullam, prorsus esse innatam, sed tantum, nos habere in nobis ipsis facultatem illas eliciendi, ac proinde Ideas non aliunde evenire, quàm è nostra cogitandi facultate, cum qua illæ ipsæ sint innatæ h. e. potentia nobis semper inexistentes, non verò actu, quia ipsum nomen facultatis nihil aliud quàm potentiam designet: Nobis ergo à natura inesse potentiam, quæ DEum cognoscere possimus, & Cartesium nec unquam scripsisse, nec cogitasse: imo etiam eundem magis, quàm quæquam alium ab ista supervacua Entitatum scholasticarum

supellectile

suppellectile esse alienum, quod scilicet ideæ istæ sint actuales, vel quod sint species nescio quæ à cogitandi facultate diversa, Conf. §. XIII. ipsius Cartesii verba viderint alii, quo fundo intricata hæc radicetur controversia? & an finem ita fortiatur congruè? Conf. citatus Dn. Schmid: *Theol. Natur. Positiv. l. c. §. IV. lit. K*, Mihi hoc sufficit, quod vel ex hoc capite, adversus Cartesium insurgere opus habeam, quando Jus naturæ potentia tantundem ineffe statuens, per Dn. Mollerum vindicari voluit.

§. XXXIV.

Cum ergo, quod hæctenus vidimus in intellectu nostro non tantum actu primo, sed & secundo sit $\gamma\omega\sigma\omega\nu\ \tau\acute{\alpha}\ \Theta\epsilon\acute{\upsilon}$, nec sensuum ope adveniat demum vi Paulinorum Argumentorum, unum adhuc est, quod intactum relinqui nequit; hypothesi enim nostræ Summe Rev. Dn. D. Schmidt *l. c. p. 43*. absolvit sequentia: *Res, inquit, rota tandem redit ad figmentum Platonicorum, qui vulturunt, ab æterno ex divina mente per ideam anima manasse animas omnes rationis compotes, quæ essent distincta illius ideæ participationes certo numero definita: Porro illas ex divina mente non prodisse imperfectas, sed omni scientia exornatas, rationibus quoque illis ab ipsa divina mente ideis illius respondentibus insertis, ita ut in hac vita nulla à nobis scientia comparetur, sed cum discimus solummodo eorum, quæ ante novimus, reminiscamur, & phantasmatibus sensuum beneficio formatis excitemus scientiam in animo latentem materia caligine oppressam.*

§. XXXV.

Sed pace Excellentissimi Viri id significandum nobis est, quod aversemur fanaticum istud delirium, quo fingunt, animam nostram esse machinam externis tantum motibus actibusque determinabilem ac dirigibilem, in quantum iidem per sensus unice oriantur; item Voluntatem esse nihil aliud, quam incitamentum & motum, quo essentia molliatur se conservare in statu, quo degit, & istiusmodi voluntatem esse actualem essentiam, unde cogitationes, affectus item & appetitus oriantur. Quibus præsuppositis nemo haberet liberum arbitrium aliquid intelligendi, amandi vel averlandi, hoc vel istud comprehendendi vel dijudicandi, quæ omnia deum sint par-

particularia incitamenta ad hanc vel aliam rem. Liberum ergo arbitrium esse Ens rationis & purum figmentum, utpote cum externi motus & actus determinant at dirigant intellectum & voluntatem, quare nec in hominis positum facultate, qui secundam regulas rectæ rectæ rationis vivat &c.

§. XXXVI.

Den wir bescheiden uns sehr wohl / daß Gott uns nicht als bloße Instrumenta und Maschinen moviret und regieret / sondern wir behalten in moralibus einigen freyen Willen; Es pflegt aber Göttliche Güthe nach seiner Prävidenz und Weißheit die Execution unsers Willens entweder / objecto alio opposito, vel alio modo zuverhindern / oder anders zulassen / daß die Action nach Gottes willen zum Zweck gelange; Gestalt wen wir Gott um seine Regierung und Eröffnung seines Willens nicht angeruffen / und thun nach unsern Lüsten / so verhenget der Schöpffer / daß der actus endlich zu unsern eigenen Schaden geschehe / oder hindert dessen execution, ne aliis nocumenta fiant, wen aber Gott um Beystand und Eröffnung seines Willens angeruffen wird / so gibt Er uns denselben zu erkennen und entzündet das innerliche Licht / daß wir dadurch auch wann bey denen Renatis der Glaube dazu kömpt / Gott gefällig Leben mögen / wiewohl die operationes der menschlicher Seele auch unterschiedlich sind und werden nicht alle nach dem Natürlichen Recht dirigiret, den etliche dependiren ex dispositione humorum & operatione sensuum, als da ist Hunger / Durst / Schlaffen / Träumen / auffsteigende Begierde und der gleichen/dahin das Natürliche Recht an sich selbst nicht zu ziehen; Jedoch weil bey denen Menschen der appetit und inclination per vitiosos humores & motum Phantasiae oft depriviret wird / daß derselbe wieder des Schöpfers zu Anfang eröffneten Willen und Ordnung dencket / redet und handelt / so ist nöthig / daß der Mensch solchen appetit nach der integrität des Göttlichen Befehles reduciret und einrichtet / wie bey dem Ehegesetze / Gebrauch des Zeitlichen Guths und andern Geschäften erfordert wird / Etliche operationes aber kommen unmittelbare vom intellectu practico her / da gewisse Objecta gefasset / solche nebenst denen dabey ereignenden

Umständen nach dem innerlichen Licht der Natur überleget und dijudiciret, und endlich ein **Schluss** gefasset wird / ob der actus mit den Göttlichen willen übereinkomme / oder nicht / also moralen honestatem oder turpitudinem habe / oder auch in concursu & collatione einem andern actui vorzuziehen sey; Den obgleich ein **Weltlicher Fürst** hernach die dictamina juris naturalis nach seines Landes und Unterthanen Nutz / oder erforderter Nothwendigkeit extendiren mag / so solte es doch / wen es recht zu gehet / nach des Hugonis de Roy Tract. billig geschehen / ut leges humane per divina ratificentur aut per rationem naturalem, quæ divini juris pars est, approbentur, ne contrariæ sint, vel repugnantes, quamquam non per omnia in omnibus simlis. Est hæc deductio Consultissimi Dn. Navii De Jure Patrum Cap. I. §. IX. Addatur Pl Rev. Dn. Michaelis Berns Tractatus, sub rubro: Das Natürliche Licht des Verstandes Cap. II. §. 3. & 4.

§. XXXVII.

Longè magis detestationi nobis est Platonicus Fanaticismi absurdum, quod Anonymus Autor suspectissimi libri: Licht und Recht proluxo sed denuò frustrato enixus è abortu, cujus schema Eruditissimus Vir Juvenis Dn. M. Jo. Ludovicus Boye Positionum Philosophicarum Sylloge Positione IV. p. 17. his equidem exhibuit verbis: *Præter lux naturalis homini conducit ad id, ut res à se invicem discernere, & via sue gressus citra lapsus periculum instinere possit; ita in anima quoq; hominis lumen quoddam à DEO fuit productum, quo mediante quod bonum & malum, quid fieri & non fieri debeat, potest intelligi, Quod quia cum natura humana arctissime est connexum lumen natura dicere solemus, licet nihilominus origo illius nonni in DEO querenda veniat. Præter DEUM enim, usque lucem essentialem nulla fuerat lux, cumvero ille diceret, fiat lux, ex DEO illa produit, seque communicavit creaturis equidem omnibus, quæ omnem suam essentiam ex DEO habent, in majori tamen gradu homini, per immediatam ipsam divinam inspirationem, quæ nil aliud quam ipsa imago divina existit, se ex qua perfectie non tantum voluntatem DEI agnoscere, sed in qua ipsemet quoque debuerat ambulare. Enim verò cum mox à DEO ad creaturas sese converterisset, in locum lucis*

lucis tum in intellectu, tum voluntate mera substituta tenebra, ut jam omne figmentum cordis non nisi malum esse queat. Licet autem DEUS ex merito omnem lucem homini adimere potuisset, ex mera tamen gratia luculam quandam reliquit, ex qua, quid bonum, quid malum, quadantenus dijudicare poterat, qua vero non secus, ac scintilla sub cineribus latens, ut excitari possit, superaddita est ratio, hoc est talis potentia, per quam secundum luminis illius reliquias res probari & dijudicare queat, qua propterea non ipsum lumen, sed medium duntaxat & instrumentum, lumen illud naturale excitandi appellanda erit. Ubi & eruditissima plurima regessit, removens à brutis & vindicans tantum hominibus Jus naturæ genuinum.

§. XXXVIII.

Sed videretur adhuc superesse analogia quedam inter nostram & hanc sententiam, præterquam enim, quod Jus suum intellectuū fristè opponat, cum imagine divina idem asserat, brutisque tribuat, reliqua apparebant, satis hypothese assentari nostræ; Veruntamen latet anguis in herba, has enim scintillas & hoc lumen naturæ sic excitari frivole persuadentur in regentis suis, ut præ facerrimi codicis jubare immensis radiis emineat. Sit præsto hunc in finem Dn. Andreas Julius Dornmeierus. De principio primo Juris naturæ §. XV. p. 9. Tria, ibidem inquit, sunt lumina, quæ homini, quid justum sit, quid naturam conservet ac perficiat, luce sua representent; sed non idem omnia. Nam PRIMUM illud quod NATURÆ est, diem reddit dubium; ALTERUM quod SCRIPTURÆ sereniorum lucem spargit; TERTIUM denique, quod jam nominabitur, radiis suis omnia permeat atque collustrat. Est autem hoc tertium lumen, quod Spiritus DEI intra hominem accendit, tam illustre, ut omnis caligo dissipetur & exceptis forte levioribus ac minerioribus, cætera clarissime dignoscantur. Et §. XVI. pergit: Hujus lucis, de qua proxime dictum, si quis expertus fuerit, ille de quamplurimis actionibus ira, ut plurimi solent, judicabit, vera pro falsis, pro bonis mala reputaturus: Ubi vis tamen ad principia juris naturæ provocabit, & cum læsit quempiam, se suum cuique tribuisse dicit & socialiter se egisse, quum diem cum sociis suis perdidit, nisi

hilque, quod in publicum sit utile, peregit. Conf. & denu-
meretur Poiretus : *Oecon. Part. I. p. 680. 726. f.* Illustris item Tho-
masius sparsim.

§. XXXIX.

Dnn. Medicis discutiendam relinquo hypothesin D. Edmun-
di Dickensonii quando *Physice Veteris & Vera Cap. XI. De opere sex-
ei diei §. XLII. p. 188* sequentia publicat opinata : *Inest in homine
lucida atque ignea quedam natura ; cui cum sole caelesti tanta ami-
cicia & affinitas intercedit , ut quoties ipsis libet congressus fiat , in
mutuos amplexus ruant , tantà quasi libidinis effervescentia , ut am-
bientem protinus aerem inflamment : id est , ut rem clarius dicam ,
per artis operam atque subtilitatem Sophia paratur ex corpore humano
miranda cerè vinctura , ad instar solis fulgida , cujus si vitrum cry-
stallinum plenum fuerit , ac ita locaretur , ut illud solis radii , vel
errans fenestram pertingant , extenuò coeunt & commiscentur utri-
que radii tanto ardore tamque exaggerata multitudine (nam natura
naturam amat , attrahit & amplectitur) ut cito flammam concipi-
ant ; atq; brevi tempore , ni separentur incendium facient , prout
suo magno periculo se comperuisse affirmat egregius ille Physicus Edu-
ardus generosus Anglus in *Tractar. dicto : Epitome thesauri sani-
tatis.* Hæc inquam *Tinctura simul ac à densis istis nebulis carnis
scilicet , quibus obscuratur , artis industria fuerit eruta , radii inde
quaque sparsis ignem atque lucem suam produit ; Varias cerè naturas
coquit , & apparatus humani corporis œconomia , quæ puram atque luci-
dam quandam rem sicca specie sapientibus exhibeant ; quam non im-
meritò Phosphorum dicunt.* Conf. & Wurdigii : *Medicina spirituum
Libr. I. Cap. XXVI. De Cœli & Astrorum influentis ac Spiritu universi
imprimis : Cap. XXVII. De Magnetismo & Symparheismo.* Avidè
qui ad Dickensonium contuli Dn. Gottfridi Olearii dissertationem :
De rerum naturalium genesi ex mente Heracliti , exciperem itidem
gratissimo affectu , si quis Experientissimorum Dn. Medicorum judici-
um ad exhibitum communicare non detrectaret *Phosphorum & Ma-
gnetismi* formam præsentî applicatam seculo , in pleniorè demon-
strare ac docere vellet informationem.*

Id præsentium mearumque duxi partium, ut profitear Platonicorum *δαιμόνια*, Stoicorum *scintillas per omnium animos dispersas*, Kabbalistarum *Lumen centrale*, Myfticorum *punctum saliens*, Weigelii, Bohmii atque Barclaii *semen & vehiculum Dei*, Paracelsistarum *tincturam spiritualem & verbum interius*, Labbadistarum *Essentiam divinam per regenerationem nobis innatam*, Fanaticorum *fundum mentis*, Christum *in nobis*, *Imaginem Dei & aura divine seu mentis immortalis particulam, quam Deus primo homini insufflaverit* mihi esse Enthufiasticæ confusionis documenta. Illa enim luminis immediati atque verbi in fundum animæ pronuntiati via, supplantato verbo Codicis & sacrarum literarum, januam salutis aperit, in Christum non credentibus univèrsis, jus naturæ ejusque, velut supra diximus, Archivarium Conscientiam finibus expellit, fidem & justificationem falsissimè ad se rapit, excusso sanctissimo Christi merito indeque ad orbem redundantibus fructibus, experientiam spiritualem Spiritus Sancti omnino expertem fingit, Trinitatem ex ratione demonstrabilem garrit, & sic fallax, minus tuta innumerisque obnoxia est erroribus; ut & claram horrendi hujus monstri pleniorve habeas Sciagraphiam, audi exhorrescendo Incomparabilis Theologi Dn. D. Fortschii verba: *Nervus, inquit, & finis hypotheseum, huc tendit: Hominem ratione animæ & corporis meram bestiam & ad creaturas unice inclinantem, accepisse à Deo creatore Spiritum Divinum, seu ex Deo: per quem homo sit factus, & imago Dei, ita ut anima per Spiritum a creaturis ad Deum converteretur: Per lapsum verò spiritum illum ad Deum tendentem, divinum & ex Deo usque ad minimam scintillam esse extinctum: illam scintillam verò hominem adjuvare & ad Deum reducere: Quæ scintilla sit Christus intra hominem, verbum Dei, Spiritus Dei, Spiritus S & sic regenerari hominem per Christum, per Spiritum Dei dicitur Christus animum à Christo: Hunc statum esse Christianismi: Prout verò homo defectus è lapsu venientes sentit, statum emergere humanitatis. At prout amori carnali creaturarum immerisus est, sic esse Bestialitatis.* Et attende decisio summi hujus Theolopi: *Hæc inquit, præterquam, quod Christianis & oculis auribus horrida sunt: ita*

regimen

☼ (32) ☼

regimen divinum in homines per leges penitus pervertunt. Conf. Dissert. Theol. Select. Decas Dissert. VIII, §. XIV. & pluribus, D. Buddeus. de fide Naturali. Illustris Dn. Jagerus; Exam. Theologiae Novae Controvers. I. Dn. Berns Cap. XIV. l. c. Fechtius praeterea Bücherus, Schellwigius, Wernsdorffius, Teubarus & innuicri.

TANTUM!

S. D. G.

ULB Halle
003 632 89X

3



A







496. 11 200.
25
18

JUS NATURÆ

OMNIBUS CONGENITUM AC INSITUM

EX S. SCRIPTURA

APODICTICA RATIONE ET A PRIORI COGNITUM ET DEDUCENDUM.

CONSENSU *AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ*,
PRÆSIDE

1772 M.
5

JO. JOACHIM WEIDNERO, D.

DN. PRÆCEPTORE, PATRONO AC FAUATORE

OMNI HONORIS CULTU & VULTU DEVENERANDO
ANNO MDCCXII. D. XVI. NOVEMBRIS

IN AUDITORIO MAXIMO
HORIS CONSUVETIS

PLACIDÆ SUBJICIT DISQUISITIONI:

JOACH. *Weyde*

Ludershagia Pomeranus

S. S. Theol. & Philosoph. Studiofius.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.

& ACAD. Typogr.

